

25 Sed fluxus iste in eo casu substantie materialis in punctum nullo illorum modorum bene salvarur; Non in primis bene salvarur per solam ablationem rationis formalis substantiam extendentis in spatium; Tum quia hec non est quantitas, ut nuper dicebamus, cum unaquaque res per propriam presentiam dicatur a spatio, in quo est, indistincta, atque ideo alia est presentia partium substantie, alia partium quantitates, quare sicut entitas substantie potest manere sine entitate quantitates, ita respectus presentie fundatur in partibus substantie manere potest sine respectu fundato in partibus quantitates. Tum quia intelligi nequit tam esse aliquid ubi prius non erat, nisi sit ibi de novo producta, vel adducta, at non possunt partes substantie constitui in puncto, ubi non erant prius per productionem, quia supponimus substantiam conservari, & solam quantitatem destrui, adducto vero intelligi non potest sine mutatione locali. Tum quia ablatio quantitates est actio negativa, & constitutio partium substantie in puncto est actio positiva, & acquiritur nova presentie. Neque bene salvarur per mutationem localem ex vi ablationis quantitates ex natura rei sequentem; Tum quia, ut nunc dicebamus, ablatio quantitates est actio negativa, ergo transitus ille simultaneus partium in punctum, cum sit actio positiva, nequit formaliter esse ex vi ablationis quantitates. Tum quia etiam si concedamus, Angelum in instanti posse transire ab extremo ad extremum, non transire per medium in sensu, quo Scot. docet 2. dist. 1. q. 12. C. ratione sine simpliciter, in nullo tamen sensu id potest concedi de substantia materiali ratione sue materialitatis. Tum quia ex A. Phys. habetur, quod si a vase in instanti tolleretur mediu, quod eius latera faciebant distare, non propterea illa latera concurrerent in iuncti ergo etiam si admittamus, partes substantie esse inter se distantes ratione quantitates, non idcirco si illa auferatur, in instanti, debemus dicere, statim sequi ex natura rei concursum, & fluxum instantaneum omnium illarum partium ad punctum. Tum quia etiam si concedamus, absque novo miraculo posse contingere penetrationem omnium illarum partium adinvicem in puncto, quia ablata est quantitas, quae eas reddebat incompossibiles, non propterea sequitur, quod ad eius ablationem statim ex natura rei debeatur materiali substantie non quantitates punctum indivisibile ut locus, cum hoc non debeat substantie immateriali ex natura rei, & quae magis videtur. Tum tamen quia quando duo entia absoluta, quorum unum est prius alio, ex mutatione facta circa posterius, non sequitur necessario mutatio circa prius, nisi in eis, quae dependant a posteriori absoluto, at substantia nec in se, nec in sua presentiale dependet a quo facta, ergo. Nec tandem debet salvari per mutationem a Deo factam, quae translativa sit in instanti omnium illarum partium in punctum, ut ait Averl. quia quia est de substantia suae naturae relicta sine intervenitu novi miraculi praeter illam ablationem, quaeritur enim si Deus expoliaret substantiam quantitatem, nec ullam prolium positivam adjungeret mutationem, qualem statim, qualemque presentiam sit habitura ad spatium, in quo prius erat; nulli enim dubium est, quod si Deus adjungeret vellet talem mutationem, utique ex vi illius singularis substantie partes in punctum fluerent.

26 Resp. Fonseca 5. Met. cap. 2. quae. 2. sed. 2. ad 4. substantiam in tali casu manifestam in eodem toto loco prius non tamen eo modo, quo prius circumscripivit per partes extra partes, sed definitive ad instar substantie spiritalis, totam in toto, & totam in qualibet parte, quam responsum multi amplectuntur Scotus, veluti expressè insinuat a Doctore 2. dist. 12. quae. 2. D. & quia talis mutus partium transitus ad locum alterius fieri nequit sine locali mutatione, quidam ajunt, talem mutationem ex natura rei contingere ex sola ablatione quantitates; quidam vero fieri divina virtute in eodem instanti, ut tota illa substantia, & singulae eius partes colloquantur in omnibus partibus spatii sine transitu per medium, & ita ubi caput esset, ibi manus, ibi crura, ibi pedes existerent, & c. contra.

Sed plane responso haec caeteris esse intolerabilior, quamvis enim gratis concedamus, Deum efficere posse, ut substantia materialis sit tota in toto, & tota in qualibet parte spatii, ut de facto manerit Christi corpus in hostia, id tamen fieri nequit sine novo miraculo etiam postu prius, scilicet separatione quantitates. Tum quia hic modus essendi in loco indivisibiliter connaturalis est spiritibus, quia caret multitudine partium integralium, & hac ratione ubiquitous sunt, etiam in puncto; ibi sunt secundum se totos, & necessarii ibi habent totum suum esse, ergo quia substantie materiales citra quantitatem habent talem partium multitudinem, & extensitatem, non necessario ubi sunt ex natura rei habent totum suum esse, sed sicut totum suum esse ex multis constar partibus, ita secundum unam partem est praesens huic spatio, & secundum aliam alteri. Tum quia si substantia materialis non habet esse indivisibile in loco praese per quantitatem, ergo ex vi ablationis huius non remanet indivisibilitas in loco. Tum quia etiam Angelus naturaliter esse potest in pluribus locis inaequantis, non tamen in pluribus aequantibus, ergo eadem ratione non poterit sine miraculo substantia non quantitates esse indivisibiliter in loco tota in toto, & tota in qualibet parte, quia naturaliter ejus partes essent in pluribus locis aequantibus, & ex vi enim talis modi essendi qualibet pars est in suo loco, & in loco aliarum, atque ita in pluribus locis sibi aequantibus, licet tota substantia dicatur in uno loco sibi aequato. Tum quia pars exigit minorem locum toto ex natura rei, at si ad ablationem quantitates poneretur

substantia materialis tota in toto, & tota in qualibet parte, tunc qualibet pars ex natura rei tantum exigeret locum, quantum extendit totum; Tum quia repugnans existendi in duobus locis non oritur a quantitate, sed a limitatione rei, ergo substantia materialis ex simpliciter ablatione quantitates non redditur apta, ut in multis locis adequatis simul possit existere, quod tamen sequitur, si ex natura rei ad ablationem quantitates ei talis modus debeatur, quia licet substantia materialis respiciat adequatè secundum omnes partes totum illud spatium, tamen idipsum spatium respiciat singularem esse inaequantibus, & excedens. Tum quia si substantia materialis antecedente ad quantitatem esse suapte natura capax talis praesentiae indivisibilis in loco divisibili, ita ut sibi connaturalis, sicut Angelo, ergo per supervenientem quantitatem violentatur, dum per eam redditur capax praesentiae quantitatem, inimo tantum auferat, ut substantia materialis de se sit capax quantitates, quae eam reddat spatii divisibiliter praesentem, quod potius ad eam naturaliter haberet repugnantiam. Tum denique, quia si haec penetrabilitas in substantia materiali relinquitur ex ablatione quantitates debet statim reduci ad actum in instanti, praeterquam quod haec instantanea localis mutatio de extremo in extremum sine transitu per medium substantie materialis non conceditur ob suam materialitatem, debet adhuc assignari ratio, cur potius debeatur reduci ad actum hunc modo indivisibili, ut sit tota in toto, & tota in qualibet parte, & non potius per fluxum omnium partium ad punctum, cum hae sit res indistincta facillior illa, & naturae rei magis contentanea; sicut enim fluidum est, quod plures partes ejusdem corporis eundem locum subintrant, quod non repugnat sua natura abente quantitates, tunc reddendo ad actum priori modo ultra, hoc exigit epine, quod eadem pars ejusdem corporis sit simul, & semel in pluribus locis aequantibus, & exigit ex natura rei tantum locum, quantum locum exigit totum corpus. Quod si non cessant hujusmodi mutationem, quae tota substantia constituitur in instanti in toto loco, & tota in qualibet parte, fieri immedietate a Deo per superadditum miraculum, jam ista responsio non satisfacit quaesito, quod movetur de substantia suae naturae relicta post expoliationem ejus a quantitate, absque quo Deus novam mutationem ad jungat, quae non verò sensu Scot. dixerit loc. cit. in 2. Substantiam materialis quantitate denudatam fore in loco definitive, explicatum est articulo praecedenti in solutione ad 4.

27 Restat igitur dicendum cum Scotus in hunc locum citato relatis, substantiam quantitate exuta ex natura rei remanere secundum omnes, & singulas vias partes in eodem situ, in quo prius erat sub quantitate, quem dicitur 13. Met. sequitur Suarez. quip. 4. e Met. sed. 4. Hurr. disp. 13. Met. lect. 5. Amic. tract. 15. q. 4. dub. 5. art. 3. & alii quampures & plane sequitur ex dictis, cum enim substantia a quantitate separata sit alicubi, & non in puncto sed in toto spatio, ubi prius erat sub quantitate, & quidem in eo non indivisibiliter ad modum Angeli, quod indivisibiliter, sane erit tota in toto, & pars in parte. hanc tamè quaestio dicit non solvetur, quia non maneret quantitativè, id est impenetrabiliter extensa, sed penetrabiliter, nec molem corpoream faceret alia corporibus obiectivis, nec ejus partes esset inter se invicem in eodem loco incompossibiles.

At hanc respons. impugnat Averl. loc. cit. Tum quia adhuc urgere potest difficultas, ut scitur, deus habuit quantitatem a substantia, ita etiam aucter effectum illarum partium essendi, & presentiale, tamen, & tunc adhuc aucterum supersedeat, quomodo substantia remaneret. Tum 2. quia quavis illi modus essendi in loco dicatur effectus formalis praesentiae divisibilis, non verò quantitates; tamen talis, ac tanta est dependentia hujusmodi presentiae a quantitate, ut necessario illam praesupponat in subiecto, nec possit substantia coexistere sic loco, nimirum circumscripve nisi supponatur habere quantitatem, tanquam fundamentum talis presentiae, ut colligitur ex Arist. 1. Phys. text. 15. ubi docet, non posse concipi substantiam, a liam rem infinitam, nisi per quantitatem, quia scilicet, nulla res potest esse extensa sine quantitate. Tum 3. non rectè dicitur, substantiam sit extensam in loco non manere extensam quantitativè, & impenetrabiliter, nam cum illo modo essendi in loco extensivè per partes extra partes necessario connexa est impenetrabilitas, sicut ex remoto statim non substantia est cum alia penetrabilis. Tum demum quaeri potest, cur ex iplo quod substantia est a quantitate superveniente impenetrabilitatem habuerit, statim haec reducitur ad actum, & ad du ponitur in loco per situm impenetrabilem, non etiam eodem modo penetrabilis, quam acquirat ad ablationem quantitates, statim reducitur ad actum, ita omnes ejus partes, vel statim in puncto se penetrant, vel tota sit in toto spatio, & tota in qualibet eius parte?

20 Resp. ad 1. communem esse opinionem, nullam rem extare posse in universo loco. Ubi, sine nulla profus presentiale tibi proportionata: ut etiam ipse Averl. fatetur qu. 28. sed. 2. & eundem casum possimus illi proponere, quod Deus, aucter substantie, quae delinuit in punctum, presentiam illam punctualmente, & quare, quomodo tunc illa substantia remaneret, & quod ipse respondebit, dicemus & nos; & si admitteret, quod talis praesentia possit a Deo aucteri, dicendum est, quod remaneret adhuc praesens dividentem toti illi spatio, non quidem formaliter, ut prius, sed tantum fundamentalter. Ad 1. art. praecedenti dictum est quantitate esse fundamentum presentie circumscripve impenetrabilis, non autem penetrabilis, & hac ratione dixi Philol. 1.

Physicorum, non posse contipi rem magnam sine quantitate, quia per quantitatem solum constituitur moles, & magnitudo sensibus apparet, quatenus per eam una pars necessario excluditur a loco alterius, & ita sic moles occupativa loci. Ad 3. pariter dictum est articulo praecedenti, falsum profus esse, quod impenetrabilitas oriatur ex sola extremitate partium entitativa, & quod idem sit esse impenetrabilem in loco, ac esse divisibiliter per partem extra partem. Ad 4. dicimus, quod impenetrabilitas verè est passio corporis quanti, & ideo effectus ejus naturalis, id est actualis impenetratio, impedi non potest a naturali agente, ne statim sequatur, sed non ita penetrabilis est passio corporis non quanti, quia si fore, tantum abest, ut suapte natura foret capax quantitates, quae illud reddit impenetrabile, quod potius ad eam haberet naturalem repugnantiam, & in eius adventu ad statum reduceretur violentum, cum igitur dicimus, substantiam quantitativè expoliatam esse penetrabilem, sensus est, quod sibi non repugnat penetratio, quod sit esse penetrabilem negativè, non tamen hinc sequitur, quod sit positive talis, id est apta suapte natura ad eam recipiendam; sicut neque quae, ex eo quia non sibi repugnat calescere, sequitur, quod aptitudinem habeat ad calefactionem.

QUESTIO II.

An Continuum ex solis indivisibilibus, vel solis divisibilibus, vel ex utriusque simul constitutur.

29 N Omne Continuum hoc loco non solum quantitatem intelligimus, sed substantiam tantam quae corpoream, ejusque caetera accidentia materialia, cum enim haec omnia sua habent entitativè partes, unam extra aliam quantitate seclusa, propriam compositionem habent integralem, eorumque compositionem non demum communem nomine Continuum poterunt comprehendere, & dum quaerimus, an continuum ex solis indivisibilibus constitutur, vel solis divisibilibus, vel potius ex utriusque simul, per divisibilibus intelligimus partes, quae rursum in minores, & minores dividi possunt, per indivisibilibus vero intelligimus indivisibilia mathematica, quae sua sunt puncta, lineae, & superficies, quae nullas profus habent partes, ex eo capite, quod indivisibilia sunt; per quod excludimus indivisibilia tum Physica sicut sunt minima naturalia, ut oculus pulvis, corpus acutissimum acus, & similia, quae indivisibilia dicuntur, non quia careant partibus, in quas a Deo saltem possunt dividi, & a nobis saltem mente distribui, sed quia talis divisio fieri nequit ab agente naturali per instrumenta naturalia, cum Mathematica, sicut sunt res spirituales, quae licet iste carere partibus inaequantibus, ut Mathematica, possunt tamen locum occupare divisibilem ratione extensionis virtualis, quae caret Mathematica, & in hac quoque celebri sic intellecta, tres tamen extant sententiae, duae extremae, & una media ut notatur Parisien. 6. Phys. q. 1. Prima extrema est Stoicorum, quibus praefuit Zenon compositum continuum ex solis indivisibilibus, lineam nimirum ex solis punctis, superficiem ex solis lineis, & corpus tandem ex solis superficiebus. Altera extrema est Nominalium negantium indivisibilia, contingunt continuum ex solis partibus semper divisibilibus, quos sequuntur Averl. q. 22. sed. 4. Arist. 1. de Gen. disp. 2. qu. 23. et Font. 5. Met. c. 2. quae. 2. sed. 2. negant indivisibilia continua, & quod est, probabiles putant Comb. 6. Phys. c. 2. qu. 1. art. 4. unde solum superficiem terminantem in corpore admittit. Tertia sententia est media, quae ex utriusque continuum constituit ex divisibilibus quidem, ut ex partibus componentibus, & integrantibus molem corpoream, ex indivisibilibus vero, ut continuantibus, ac terminantibus partes, & hac est germana sententia peripateticorum, quam sequitur Scot. 2. d. 2. q. 9. T. & communiter tam antiquos, quam Recentiores, ut Suarez. disputat. 40. Metaph. sed. 5. Ruvis 6. Phys. c. 2. tract. de Continuo. Manus qu. 1. Hurr. disp. 15. Phys. sed. 2. & alii infra citandi, licet Ariag. disp. 16. Phys. valde trepidet.

ARTICULUS I.

Physicè, & mathematicè ostenditur repugnare compositionem Continuum ex indivisibilibus.

30 Dicimus, profus implicare compositionem Continuum ex indivisibilibus: Concl. est Arist. ex profeso contra Zenonem disputat. 6. Phys. & Scoti in d. 2. q. 9. Philosophus eam probat duabus praeterim rationibus physicis omnino hanc veritatem demonstrantibus; Sciores vero eam corroborat duabus Mathematicis, quibus omnino ostenditur sententia Stoicè impossibilitatem. Prima Ratio Physica ad Arist. desumpta 6. Phys. ab initio fundatur, in eo principio, quod indivisibile additum indivisibili non potest facere majus extensivè, & quoad modum, nec consequenter constituitur continuum: nam si unum indivisibile additum alteri faceret majus, deberet in indivisibile assignari pars tanta, ratione cuius esset unum alteri, & pars non tanta, ratione cuius esset extra illud, nam ut sit aliqua pars, cum alterius sit unum extra se, debet ita inter se uniri, ut secundum aliquid sui sint extra se, sed in indivisibili non sunt partes, unde se toto aequatè in eodem spatio coexistit alteri indivisibili, & ambo se penetrant, ergo ex illis non potest constari continuum, quod importat magnitudinem molis.

Respondent 1. hanc rationem, si quid valet, etiam contra nos concludere, ex illa enim sequitur, quod si illa duo corpora se tangent in superficie, superficies erit pars corporis, cujus oppositum intendimus probare, & quod si duae lineae se tangent in punctis extremis, puncta fore partes lineae, quae quaecumque duo se tangent, vel se tangent secundum se totum, vel secundum aliquam sui partem. Sed hoc subterfugium nil valet, si bene intelligatur ratio Arist. & eo modo, quo eam declarat suus Comment. 6. Physic. Comment. 2. & Canon. 6. Phys. q. 1. & Parisien. 7. Phys. dub. 1. super text. nec fiat vis in verbis, quia quando Philol. ait text. 1. Tangent autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars, non accipit ibi partem proprie, sed vocat partem omne illud, quod est aliquid per se alicuius, dummodo non sit totum, quo sensu sub nomine partis etiam terminus rei venit intelligendus, quia terminus est aliquid rei, & non est tota res, propositio ergo Philol. sic intelligitur, quod illa, quae se tangent, vel secundum totum se tangent, vel se tangent secundum aliquam sui partem, & secundum aliquid non, sed puncta non se tangent secundum aliquid sui, & secundum aliquid non, cum punctus sit simplex, & indivisibilis, ergo tractus punctorum est secundum se totum, & sic eorum tactus erit superpositio, & penetratio, non autem extrapositio, & consequenter magnitudinem non facit, quoniam omnis magnitudo habet partem extra partem. Ex quo patet, duas illas instantias demonstrationem Arist. non infirmare, quae proportionaliter applicata lineis respectu superficiei, & superficiei respectu corporis, pariter probat, ex suppositione lineae super lineam non posse fieri magnitudinem in latitudine, & ex suppositione superficiei in superficie non posse profundi magnitudinem in profunditate, & denique cum haec ratio fundatur in majori indivisibili, & in natura continui, probat, compositionem continui ex illis repugnare, siue finita stantur, siue infinita, quia finita, & infinita indivisibilium non mutat naturam eorum, quare si suapte natura sunt profus inepta ad compositionem continui, erunt etiam talia, si infinita ponantur.

31 Respondent 2. quod licet unum indivisibile additum alteri non faciat majus, plura tamen, & plura in se ordinata constitunt molem, quia si punctum B addatur puncto A, utique tanget illud secundum se totum, at si deinde puncto B, addatur punctum C licet hoc immediatè tangat B non tamen immediatè attingit A, & in hoc sensu extra se ponuntur, & molem constitunt. Sed hoc negare non valet, quia si ex natura indivisibilium est, quod molem aequant constitutur, quocirca illa ponantur, semper erunt ejusdem naturae, sicut in Arithmetica unum O alteri additum, numerum non constituit, idè quocirca illi addatur, nullus unquam numerus ex eis resultat, & in proposito profus falsum est, punctum C non tangere secundum se totum punctum A, vel enim punctum B, medium tangit ad C, secundum illud idem, in quo tangitur ab A, vel secundum aliud; si secundum aliud, ergo non est amplius indivisibile, quia poterit dividi in id, per quod tangitur ab A, & in id, per quod tangitur a C, sicut primum, ergo punctum C tangit A, & secundum se totum, & secundum omne id, per quod tangit B.

Respondent 3. Alii indivisibilia se tangere secundum se tota, non tamen se penetrare, sed esse immediatè unum post illud, quoad modum se habent extremae superficies, in quibus corpora se tangunt, & idè posse facere extensionem, quae solutio videtur Ariag. cit. nam 88. ostendit insufficiantiam rationis Arist. Sed contra, quae implicat, unum indivisibile esse alteri immediatè, & extra illud positum, nam si A, B, C, sint tria puncta sibi immediata, vel B, medium tangeretur secundum se totum ab utroque collateraliter, vel secundum aliud, & aliud hoc est contra rationem indivisibilis, illud verò manifestè ostendit, illa tria puncta esse invicem penetrata, & ita se habent extremae superficies, in quibus corpora se tangunt, quando ex parte unius corporis illius duae superficies ab una tantum superficies correspondet, signum evidens penetrationis ambarum, ut patet exemplo superficiei continuativae baculi in aqua, correspondentis superficiebus aquae, & aeris.

Respondent 4. alii, unum indivisibile aliter additum facere majus, quia licet se tangant secundum totum, & se penetrant, non tamen sunt in eodem loco aequatè, sed inaequatè, quatenus unus quoque eorum occupat locum diversibilem, ut duo Angeli, quorum alter occupat medietatem hujus gymnasii, alter vero aliam medietatem, qui lo contingunt, & penetrant in medio gymnasio, & non in extremis illius, unde ajunt, punctum esse indivisibile formaliter, divisibile vero virtualiter, & extensionem virtualem habere sicut Angelus, hac via teneunt passim Doctores Salmaticenses continuum ex indivisibilibus componi, ut refert Amic. tract. 15. quae. 7. art. 4. quorum sententia feliciter etiam potest exemplo è rarefactione deducto, ut notavit Hurr. disp. 15. sed. 5. q. 9. scilicet. eum eadem quantitas densa occupat palmum, rara autem occupat duos palmos, sic & punctus poterit occupare spatium seipso majus, scilicet divisibile, & hoc moe ratione loci indivisibilis extra se ponentur, & molem paterunt constitutur.

32 Sed haec Salmaticensium opinio nova est, & profus irritabilis. Primo enim falsissimo fundamento, & quod nimirum indivisibilia rerum corporearum sint virtualiter divisibilia, & habeant extensionem virtualem, ut Angelus, & anima, quia substantia spiritualis ubi perfectio non caret partibus, & quaecumque extensione formali, non se indivisibilia rerum corporearum, aliquo perfecta forent ipsi corpibus, ergo diversa est indivisibilia horum, & illorum, & idè non sequitur, quod si Ange-



Angelus est virtualiter divisibilis, & extensus, talis etiam sit punctus. Tum quia modus existendi in loco divisibiliter indivisibiliter totus in toto, & totum in qualibet parte, perfectior est modo existendi in locodivisibiliter, unde, & ille minus supponit perfectiorem entitatem in re locali, quam iste, ergo non potest punctum convenire, aliocum punctus esset longè perfectior corpore. Tum quia si ratione virtualis extensiois potest punctus spatium occupare divisibile, poterit etiam corpus naturaliter occupare locum amplioem, quam sua quantitas expolat, nam licet ratione extensiois formaliter extensiois virtualis, quæ sit puncto tribuitur, utique nec corpori cõnegari debet. Tum quia si corpus non habet pro partibus nisi sola puncta, & hæc omnia sunt in loco divisibiliter, tota in toto, & tota in qualibet parte, sic etiam erit corpus in loco, non enim totum est alio modo in loco, quam ejus partes. Cõtra text. 19. Tum quia sicut Angeli, & si habeant extensioem virtuales, tamen ratione indivisibilitatis formalis possunt esse in eodem loco, ita & de punctis dicendum erit, ergo non repugnat corpori habere naturaliter omnes ejus partes in eodem loco, cum hæc sint illa puncta, quæ naturaliter possunt penetrare non obstante virtuali extensione, ut duo Angeli. Tum quia sequitur, punctum latius palmarem locum occupans ratione extensiois virtualis non posse unquam dividi, quantumvis gementur idus, quia punctum illud in se est indivisibile. Tum quia si punctum de genere quantitatis potest habere extentionem in loco, habebit etiam illam in subiecto, quod informat, atque informat illud ad modum animæ rationalis. Tum denique quia in ordine ad locum in hoc distinguuntur res corporeæ ab incorporeis, quod illæ habent esse in loco per extentionem formalem, istæ per virtuales, quare a toto genere repugnat, & corpori, & ejus partibus, & eam in indivisibilibus extensio virtualis in virtute ad locum, Imò de factis videmus hæc ratione in eis non habere, virtuales in indivisibilibus tamen quod coexistant cum duratione imaginaria, unde intrinsecè incipit, & definit, ergo idem dicendum de puncto respectu puncti imaginarii, quia ita se habet punctum ad spatium loci, ac infans ad spatium durationis.

32. Deinde admissa etiam hæc virtuali extensione indivisibilium, imò quod de facto occupent spatium divisibile, adhuc implicat; Continuum ex talibus constitui indivisibilibus. Tum quia ens permanens formaliter, & virtualiter successivum non potest intrinsecè consistere ens formaliter successivum, ut patet de durantiis. Ego, ergo nec pariter ens formaliter indivisibile, & virtualiter solum divisibile, ut puncta ab his posita, poterit componere molem formaliter divisibilem. Tum quia partes extendunt totum quod constitunt in genere cause formalis, quia extendunt illud per semetipsas extensas, ergo ad hoc, ut puncta possint constituire molem formaliter divisibilem, requiritur, quod in se formaliter sint ealia, & non virtualiter tantum, quia hæc extensio procedit ab eis in genere cause formalis. Tum tandem quia stante hæc extensione locali puncti in spatio, vel continuum componitur ex substantia ipsorum punctorum præcisè, vel ex formali eorum extensione præcisè, vel ex utroque simul non primum, quia ut sic sunt profus indivisibilibus, non secundum, quia corpus Christi in Eucharistia quantum est sine tali extensione punctorum in spatio; nec tertium, quia nemo unquam dixit, ad compositionem integrale substantie necessarii exi accedens, qualis est illa formalis extensio, sive ubiatio punctorum.

Potremo quando etiam hæc assumpta à Salmaticensibus forent omnia vera, adhuc nec difficultatem evitant ortam ex infinitate continui, ob quam præcisè hæc indivisibilia virtualiter divisibilia excogitantur, nec incommoda mathematica, nec satisfaciunt quæritio, non evitant difficultatem illam, quia cum punctum ratione virtualis extensiois occupat palmare loci, hic iam habemus extentionem ipsam formalem in loco formaliter divisibilem, & spatium, qui coextenditur punctum, supponitur quoque formaliter divisibile; querendum igitur manet, ex quibus sit constituta illa localis extensio puncti, & ex quibus item sit constituta magnitudo spatii, cui coextenditur punctus, si ex partibus proportionalibus manet de ipis, quomodo sint apta constituire molem, & dabitur processus in infinitum. Non evitant incommoda mathematica, quia non potest reddi ratio, cur unum punctum petat maiorem extentionem alio, & ita si aequè extensa ponatur puncta circuli interioris, ac exterioris nunquam esse poterunt in circulo interiori tota puncta, quot in exteriori; quod sequitur ab omni puncto in centrum non posse duci lineam, & alia absurda mathem. ut infra dicemus. Nec demum satisfaciunt quæritio, quia concessio, posse constitui continuum ex indivisibilibus formaliter, sed virtualiter divisibilibus, adhuc remanet quæritio de indivisibilibus formaliter, & virtualiter, de quibus in sitenti disputatioem Arist. 6. Phyl. contra Zenonem, qui ex talibus indivisibilibus continuum componebat. Neque etiam exemplum de raritate corporum, ratione cuius acquiritur ocam amplioem, quam prius habent, illis suffragatur, quia corpora rarefcere possunt, & condensari, cum sua partes habere possint lub majori extensione, & in minori, ac punctum rarefcere, quod nullas habet partes, profus impossibile est.

34. Resp. proinde s. ubi, concedentes, puncta singula in seipsis re vera consistere pluribus particulis, & ita habere aliquam minimam extentionem, at in tales partes profus dividi non posse, nec etiam per potentiam Dei, & hoc modo assignant in puncto partem

tactam, & non tactam. Sed etiam hæc resp. vel profus vana est, vel recidit in opinionem communem ex divisibilibus continuum componentem, vel enim partes illius minime extensiois consistant ex aliis particulis, vel non; si secundum, ergo tandem ad indivisibilia, & puncta devenitur, quæ nulla profus particula consistit, & sic urget Arist. ratio; si dicatur primum, rursus dici debet, ut aliter aliis partes consistant ex aliis, & sic in infinitum, quæ est opinio communis, nec refert, quod istæ partes non possint in actu existeri, in superiores dividi etiam à Deo (licet hoc quidem negaretur) sufficit enim, quod vere tales partes habeant.

Respondent demum alii, concedentes quidem punctum carere partibus profus, addunt tamen in puncto latera extrinseca assignari posse, & posse tangi punctum per unum latum, & non per aliud, atque ita putant, solum esse argumentum, quia licet in puncto distingui nequeat pars tacta, & non tacta, potest tamen distinguatur latum tactum, & non tactum, quod sufficit ad hoc, ut unum punctum non dicatur penetrare aliud, quod tangit. Quod vero talia latera extrinseca distingi possint, & debeant in indivisibilibus, ostendit Gerardus diffusor de Odonis, qui est auctor responsonis, ut referat Canon. loc. cit. exemplum superficiei, in qua licet non distinguiantur partes versus profunditatem, distinguimus tamen intra, & extra, dicimus enim quod corpus est intra superficiei, & non extra, sed corpus tangens est extra, non intra, & sic superficiei indivisibilis existens per partes dividitur per latera extrinseca per intus, & extra, ostendit idem exemplum puncti, qui in medio quantitati existens potest terminare diametrum venientem ex parte dextra, non terminando illud ex parte sinistra, ergo in puncto potest assignari latum dextrum, & sinistrum, secundum quorum unum tangatur, & non secundum aliud.

35. Sed in sufficientiam responsonis hujus, quæ etiam videtur Arist. cit. n. 92. ostendit optime Canon. cit. quæ vel hæc latera extrinseca in puncto entitatem abiotantur, quæ sit aliquid infus puncti, vel solum diversos resp. ad partes univ. si primum, ergo in puncto intrinsecè distinguitur aliquid, & aliquid, & secundum hoc tangitur, & secundum illud non tangitur, atque ita non erit profus indivisibile; si secundum, vel illi resp. fundatur omnes in eadem entitate indivisibilis puncti, vel in diversis partibus ejus; non secundum ut patet, si primum, ergo realiter, & physice tangitur totus punctus, & undequaque, quia fundamentum illorum quatuor laterum formaliter sumptorum, ut resp. sunt important ad partes univ. est simplex, & indivisibilis entitas puncti ad diversa comparata, hoc autem sufficit ad penetrationem puncti cum puncto exemplum autem de superficie, & puncto adducit probat solum, quod in eis possint assignari formaliter diversa latera extrinseca, non tamen diversa latera fundamentaliter, ut assignantur in corporibus, quæ fundant diversa latera per partes diversas, atque idem cum ex uno latere tanguntur, non propterea penetrantur, at non sic est de indivisibilibus.

Altera ratio physica deducitur ex velocitate, & tarditate motus, data enim sententia opposita, sequitur, mobile velociussum, ut æqualem, atque tardissimum, v. g. tardissimum, æquali tempore æquale spatium conficere; Probat. Itequæ, sit spatium centum p. d. utrumque incipiat simul omnino moveri, cerre cum aquila primum decurrit divisibile, testudo quoque aliquid transit, & plane id nequit esse minus indivisibile, & idem dicitur cum aquila percurrat secundum indivisibile, unde tandem sentitur, æquali tempore fore ab utroque spatium illud decurrere. Fortè dices, mobile velocius in uno instanti percurrere duo puncta, quo tempore mobile tardius percurrat unum. Sed contra, quia quo tempore aquila pertransit primum punctum, aliquid etiam pertransit testudo, cum non quiescat, & non potest pertransire minus indivisibile, ergo æquali tempore illud decurrit, ut aquila. Similiter inferri posset, inlans esse divisibile, si argumentum formaliter ex parte instantium. Inferri etiam posset eodem argumento, quod velox inflequens tardissimum, nunquam unquam pertingit, ut notavit Ocham quod. 9. si semel supponamus pro uno solum instanti primum incipere motum mobile tardum.

36. Resp. motum non esse quantitate continuum, ut argumentum supponit, sed discretum per moras imperceptibiles, quæ, quo breviores sunt, motum velociorem efficiunt, & quo longiores tardiorum, quarum moras brevitas, & longitudo conveniunt majori, vel minori conatu mobili, atque idem dicitur etiam tunc tardius moveri, quia plus sinit in moras, aquila vero minus, & sic ponendo motum discretum, omnes difficultates se putant effugere; ita respondet Arist. lect. 1. 1.

37. Sed contra 1. quia istæ moræ sunt omnino fictæ, ut disp. 3. de Gen. & Cor. q. 5. dicemus, nam si darentur in motu, utique perciperentur, sicut universaliter quies percipitur ex defectione motus, & quævis moræ æqualiter dici possent imperceptibiles, quia parum sinit, morasque infinis testudinibus deberent percipi, quia sunt longiores; & si sensu dignoscitur tarditas motus testudinis in comparatione ad motum aquilæ, utique, & moras testudinis deberent percipi, si tarditas caufatur ab eis. Deinde si istæ moras deberent percipi, si moverentur rotam cicillissimè conititiam, aut a centro remotiores, quia partes exteriores rotæ, ut a centro remotiores velocius moverentur interioribus, quia æquali tempore velocior circumlocum efficiunt, quare si ex moris intercedentibus provenit tarditas motus, pars interior rotæ aliquando quiescet,

sect. cum exteriores moventur, sequerentur, saxum ingens è turbine deturbum passim in deflexum quiescere, & in medio aeris fluere per aliquod tempus, imò & semper ibi quiescet, quia si in tempore illo medio non vivit aeris resistentiam, tantò minus fluere poterit in inflanti sequenti, cum in eo non sint aquæ vires mobilis, nec illuminat vires resistentis; alia demum sequeretur absurdum, & impossibile, quæ fusc, & sic evincit probat Hunt. loc. cit. §. 127. & sequentibus, occasione delumpta à Canon. nostro 6. Phyl. q. 1. art. 1. ubi hæc, & alia inferri absurda ex hujusmodi positione, quæ frustra conatur Ariag. effugere.

37. Prima demonstratio mathematica Scoti est hæc, si continuum componeretur ex indivisibilibus, tunc majore, & minor circulus essent æquales, quoniam tot essent puncta in minori, quot in majori, & ita componeretur ex partibus æqualibus in magnitudine, & multitudine; Consequentia probatur; describantur duo circuli, unus major, alter minor circa idem centrum, quod vocetur A, ducatur ab illo centro una linea recta ad circumferentiam majoris, & terminetur in puncto B, & iterum ducatur alia, & terminetur ad punctum illi immediatum, quod sit C, vel istæ duæ lineæ transeunt per circulum minorem, ipsam intersecant in uno puncto, vel in duobus; non primum, quia duæ lineæ parallele nunquam concurrunt, nec coincidunt, & de ratione linearum descendit a centro ad circumferentiam est, quod in progressu semper magis inter se distat, & tandem tunc ab illo puncto usque centrum non esset nisi una linea, quoniam inter duo puncta non cadit nisi una linea recta; hoc autem est contra hypothesim, quia supponimus, quod duæ sint protractæ; si in duobus, vel ista linea supponimus, vel immediatæ, si primum, minor circulus, seu interior, erit major ipse exteriori; Si secundum, erit illi æqualis, quia cuiusque puncto majori, tot sunt in minori in magnitudine, & multitudine.

Respondet Gerard. de Odonis apud Canon. quod istæ duæ lineæ ductæ a centro ad circumferentiam circuli majoris non accipiunt de circuli circumferentia, nisi quantum acciperent ea eorum, quia transeunt per circulum minorem, vel invicem æquivalent, ac superponerentur. Sed quod istæ duæ lineæ non se æquivalent, ac concurrant in circulo minori, iam probatum est, hoc autem supposito, vel manifesta contradictio, quod duæ lineæ sic ductæ; cum perveniunt ad circumferentiam circuli majoris tantum accipiunt de illa, quantum caperet una tantum, eodem sermone accipiunt de exteriori ductas concurrere in interiori in uno puncto priusquam ad centrum perveniant, nec sequi esse obliquas, quia non habent breviorem viam, qua possint ad centrum pergere. Sed hæc solutio eodem quoque modo refellitur, quia de ratione linearum rectarum est, ut statim ac a centro exeunt, paulatim incipiunt distingi, nec inquam concurrant, ut magis infra declarabimus n. 30.

Resp. Salmaticenses, quod cum puncta interioris circuli sint virtualiter extensa, linea una ducatur ad partem loci minorem, & indivisibilem, & similiter alia, & sic transibunt per idem punctum virtualiter extensum. Sed frustra, nam si puncta circuli interioris sint aequè extensa, ac puncta exterioris, ut ipsi ferunt tenentur in corpore aequè raro, quia in tali casu præsertim non esset major ratio de extensione virtuali unius, quam alterius, tunc essent aequè tumentibus, & virtualiter extensis.

38. Altera demonstratio mathematica est hæc; data opposita sententia sequitur, diametram esse commensurabilem cõstæ, quod repugnat. Conseq. prob. accipiendõ quadratum in hæc lineam diametram, & a duobus punctis immediatis se habentibus in cõla protrahendo duas lineas rectas usque ad aliam cõlam, tunc vel illæ duæ lineæ scabunt diametrum in duobus punctis, vel in uno; non in uno, quia tunc cõla longior esset diametro; si in duobus, vel mediatis, vel immediatis, non mediatis, quia tunc ab illo puncto medio poterit duci linea inter duas lineas prædictas usque ad cõlam, quæ necessario terminabitur ad punctum medium inter puncta cõstæ, quoniam parallele nunquam concurrunt, quod tamen est impossibile, quoniam illæ duæ puncta cõstæ supponuntur in immediatis, si immediatis, sequitur intentum, quod tot erunt puncta in cõstæ, sicut in diametro.

Resp. Gerard. de Odonis apud eundem Canon. & Licher. 2. 2. q. 9. quod cum duæ lineæ ducuntur a duobus punctis immediatis unius cõstæ ad duo puncta alterius, intersecant unaqueque diametrum in duobus punctis, ratio est, quia unaqueque illarum diametrum secat non per directum, sed per obliquum, & transversum ratione positionis diametri, ratione enim talis positionis linea quælibet interceptit diametrum in longam, & non in latam, quod declarari potest exemplo unius virgæ super aliam cadentis obliquæ, plus enim ita cadendo tangit de illa, quam si super eam directè cadere per modum crucis, & sic etiam respondet Ariag. cit. n. 12. ubi ait opus esse, ut lineæ ductæ a cõla in cõlam aliquando transeant per duo puncta diametri.

Sed quomodo solutio hæc aliqua præferatur evidentiam, tamen est profus intelligibilis, quia si quælibet linea cadens super diametrum accipiat plus, quam unum punctum per longum, sequitur, quod illa linea non erit recta, sed descenderet per punctum diametri, quod ita declarat ex Canon. quia cum linea ducitur ab una cõla ad aliam, & diametrum intersecat, vel exit a diametro per illud idem punctum, per quod intravit; vel per aliud immedia-

tè inferius descendendo; si exit per unum punctum, non accipiet nisi unum punctum; si non per idem, sed descendendo per diametrum plus quam per unum, iam manifestè patet, quod linea illa obliquabitur per descensum illum. Addit Licher. quod cum linea intersecans tangat per idem punctum duo puncta diametri, sequitur punctum lineæ tangentis esse simul in diversis locis, & scribitur minus ubi sunt puncta diametri recta, quod est impossibile; exemplum ubi sunt puncta diametri recta, quod est ad rem, quia, quantum de virga tangente aliam obliquè, tunc multas partes virgæ cadentis tangunt multas partes alterius virgæ, quas prius non tangebant, & sunt alie partes cadentis, & tangentis quando tangunt obliquè, quam quomodo tangunt redè, & idem non mirum, si plures partes tangantur in tactu obliquo, quam in recto; at in proposito semper est idem punctus lineæ tangentis diametrum directè, & obliquè; de quo rursus dicemus n. 30.

39. Sed istas demonstrationes contendunt propugnatores indivisibilium contra partes retorquere, nam quod lineæ a circulo majori ductæ transeunt per partes minoris ad centrum, vel transeunt per aliam, & aliam partem circuli minoris, & sic erunt partes æquales in utroque, aut per eandem, & tunc illa pars per majoritatem circulo rum correspondet mille partibus, & est in mille partibus, ut dicimus de puncto; si esset idem, per quod transirent plures, & plures lineæ ex circulis majoribus deductæ. Resp. Licher. loc. cit. non esse aliquam partem in majori circulo, cui non respondeat aliqua pars in minori, licet multo minor; & idem non sequitur, quod sint æquales partes ejusdem quantitatis in utroque, sed sic componitur ex punctis; tunc duobus punctis immediatis in majori circulo, aut correspondendo duo puncta imediata in minori, aut idem punctus utriusque, si primum, æqualia erunt puncta utriusque circuli; si secundum, tunc erit idem punctus in diversis partibus; & idem argumentum urget de punctis, non de partibus, quia partes circuli minoris correspondentes partibus circuli majoris semper sunt minores illis, ut si circulus exterior constat quatuor partibus interior constabat quatuor semipartibus de numero vero partium interior proportionalium, an sit æqualis in utroque circulo, tot nimium in minori, quot in majori, infra dicemus n. 50. & 92. & ex ibi dicendis adhuc magis manifestè intelligitur harum demonstrationum mathematicarum, & patet solutio ad omnes instantias, quas contra illas urget Ariag. n. 116. & 124.

Potremo hæc Stoicorum sententiam esse errorem in Philosophia statuit Concl. Constantiensis sess. 12. ubi inter alios errores Jo. Hus, hunc etiam reulit, & condemnavit, continuum scilicet componi ex indivisibilibus, ut referat Conciliæ verba P. Fuentes 5. Phyl. q. 1. diff. 2. art. 2. & sunt ista, *linea autem mathematica continua componitur ex duobus, tribus, vel quatuor punctis simpliciter finitis; vel tempore sit, sicut, vel erit compositum ex instantibus immediatis, & vel non est possibile, quin tempus, & linea, si de numero componantur, & statim subdit: Prima pars est error in Philosophia, sed ultima errat circa divinam potentiam.*

A R T I C U L U S II.

Ostenditur implicare compositionem continui ex solis partibus divisibilibus.

40. Dicimus, data actu indivisibilia, tam terminativa, quam continuativa in continuo a partibus realiter distincta; & arguunt Scot. 2. dist. 2. quæst. 9. L. I. Cõstet Arist. pluribus in locis, sed præcipue 5. Met. c. 1. ubi tres quantitatis species enumerat, scilicet lineam superficiem, & corpus, quoniam loco ex propria loquatur sententia, quia ex processo, & non obiter quærit species quantitatis, & a. Phyl. coram definiendo locum, post longam disputatioem asserit, esse ultimam continentis superficiem, & aliis in locis infra adducendis, esseque etiam communis Mathematicorum consensus supponendum ista indivisibilia a parte rei, & non secundum nosstram imaginationem, aliter inter scientias reales Mathematica numeranda non foret; neque solummodo præcisio, considerando sollicitet unam dimensionem, alteram non intelligendo; quia saltem considerando punctum, omnem divisibilitatem excludens, ut est quod positivum, verè falleretur, nec vera esset propositio illa, de ipis maxime pronuntiata. *Absit abentium non est mendacium.*

Primò ergo Prob. quod datur illa indivisibilia in continuo realia, & a parte rei ex Doct. citat. lit. L. Tum quia acquisitio cuiuslibet indivisibiliter acquibilibis, sive substantialis in locis, sive accidentalis non fit in tempore, ut contra Averram fusc ostendit generatio animatorum q. 2. art. ult. sed instanti, ut illuminatio, generatio animatorum, & c. ergo instantis temporis non est aliquid privativum ens, sed positivum, quia mensura debet esse proportionata mensuræ, non privativum potest esse mensura positivæ. Nec valet, quod ait Greg. 2. dist. 2. q. 2. art. 1. tales generationes dicunt in instanti fieri, non quod vere detur instanti in tempore, sed quod negatio illa tempore concipitur ad modum ensis positivæ ab intellectu. Non valet. Tum quia istæ generationes sunt verè mutationes reales a parte rei, ergo propriam debent habere durationem intrinsecam, quia duratio nequit ab existantia rei separari, talis autem duratio intrinsecæ est instantanea; non successiva, ergo aliquid instantaneum coexistens positivum erit in tempore, quod per Philosopho. 6. Phyl. coram eodem modo se habent magnitudo, spatium, motus, & tempus, & semper simul sunt; ergo non potest dici, generationem in non tempore in sensu ipsius fieri. Tum quia verè realiter incipit, non per







